

(*Selenipedium* Rchb. fil. Omnia *Cypripedii* sed ovarium *Apostasiae Uropedii*que. Semina — saltem in illis ubi vidimus — *Vanillae*. — *Apostasiae* sunt *Orchideae*! *S. caudatum* R. f. (*Cyprip. c.* Lindl.), *S. Warscewiczianum* R. f. (*C. W. R. f.*), *S. Hartwegii* R. f. (*C. H. R. f.*), *S. Boissierianum* R. f. (*C. B. R. f.*), affine *S. Hartwegii*: sepalis retinerviis, tepalis optime undulatis, labelli corniculis conicis, stamine sterili rhombeo acuto, marginibus posticis rotundatis, anticis bis sinuatis apiculo interjecto. Multo majus! *S. caricinium* R. f. (*C. c.* Lindl.), *S. Klotzschianum* R. f. (*C. K. R. f.*), *S. Lindleyanum* R. f. (*C. L. Schombgk.*), *S. longifolium* R. f. Wzw. (*C. l. R. f. W.*), *S. palmifolium* R. f. (*C. p.* Lindl.), *S. Chica* R. f. aff. *S. palmifolio* sepalis acutis, foliis acuminatis, stamine sterili stigmatica lamina duplo longiori apiculato.)